Ros Dok Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Christian Tielcke

L. S. Permaximi Numinis Gratia, qvæ unicum vitæ nostræ obtegumentum, & felicitatis præsidium, his etiam, iniqvioris fortunæ temporibus ... Innuo Serenissimum Principem Ac Dominum, Dn. Gustavum Adolphum, Ducem Regentem Megapolitanum ... : Hæc, aliaqve huc collimantia, deprædicabit plusculis publice Dn: Timotheus Lutkemann. Malchinensis. ...

Rostochii: Typis Joh. Wepplingii, 1694

https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1855014017

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

L. S.

PErmaximi Numinis Gratia, qvæ unicum vitæ noſtræ obtegumentum, & felicitatis præſidium, his etiam, iniqvioris fortunæ temporibus, in Regiminis faſtigium evehit Magnates Chriſtianos, PRINCIPES OPTIMOS, qvibus, ultra conſvetum mortalibus modum, nulla ætatis pars à memorabilibus vacat. Qvi pietatis, prudentiæ, Eruditionis famâ, ſuper æthera notiſſima, explendent. Hi & ipſi mentes proprias caligine, ad qvam ſe humanum genus detruſit, obfuſcatas, expoliunt, & publica ſalutiferi Conceptus Divini enarratione ſubditos ad Chriſtianam vitám exuſcitari curant. Qvô ipſo *mille benedictiones* (verba ſunt Hiſtorici alicujus non incelebris) *è Cœlo ſibi attrahunt, & in parentes derivant.* Horum prudentiâ circumſpectè ſanantur vulnera, ſtatusrationi noxia, bellè conſtituta ſolicitè firmantur, conſociationes qvævis illis inter ſe devinciuntur optimarum legum nervis, ex qvibus vel ad poſteros omnigena, pleno alvo promanat utilitas. In His etiam, ceu Eruditionis amantiſſimis, non raro elucent Clementiæ radii, ad Eruditos ſe diffundentes, ut Generoſorum Zelus, Gratiæ fulgore colluſtratus, jugiter cum die ſuccreſcat, & demum ferventiſſimus rutilet. Ejusmodi ſublimia Lumina cur unicè extra oras Mecklenburgicas qvaſi attoniti adſpiceremus? Amplior eſt fortuna noſtra, dum cominus, humillimô æſtu, veneramur SACRATA CAPITA, qvæ OPTIMORUM PRINCIPUM titulos implent, laudesque reportant. Agedum! hac vice, convertite vos C. O. animo & cogitatione ad maximè conſpicuum pietatis exemplar, ingenuum prudentiæ & Heroicarum Virtutum theatrum, eminens perfectionis centrum, incomparabile Eruditionis ſpeculum, & eruditorum aſylum. Innuo

SERENISSIMUM PRINCIPEM AC DOMINUM,

DN. GUSTAVUM ADOLPHUM,

DUCEM REGENTEM MEGAPOLITANUM &c: &c: &c: Hic ille PRINCEPS, Qvi ardentiore ſtudio divinitus præcepta exeqvitur. Hic ille PRINCEPS, Qvi prudentiſſimè nutantia ſuffulcit, proſtrata erigit, ritè fundata ſervat. Hic ille PRINCEPS, Qvi & propriæ Eruditionis magnitudine, & cura Eruditos juvandi, veræq; eruditionis cupidis ad ſtudiorum adyta vias pandendi cunctos in admirationem traducit. Paucis: Hic ille PRINCEPS, Qvi OPTIMI encomio æq; ac **GUSTAVI ADOLPHI** nomine perfectè noſcitur. Livor ſanè eſſet Terris Mecklenburgicis, parentibus PRINCIPI, tot bonis & Donis cumulato, PRINCIPI OPTIMO felicitatem denegare. Non invitâ veritate olim, cum tripudio, de Scipione qvodam proclamatum, hodie lætiſſimi SERENISSIMO noſtro attribuimus: *Ibi Imperium vigere, qvavis felicitate fulgidum, ubi* **GUSTAVI ADOLPHI** *arbitriô, & maturo judicio omnia diriguntur.* Hæc, aliaqve huc collimantia, deprædicabit pluſculis publice **DN: TIMOTHEUS LUTKEMANN.** Malchinenſis. Hic denuo, & ſecunda vice qvadantenus memorabit Laudes Magni ſui NUTRITII, & 18. Jan. IX. matutina, in Auditorio maximo, inter Concentus muſicos, ediſſeret:

MAGNUM ESSE AC PRÆSTANS DEI MUNUS PUBLICI COMMODI INTELLIGENTEM, DEOq; SIMILEM PRINCIPEM.

Ad hunc Dicturum patulis, ſolito more, auribus audiendum, adque piè fundendum vota & preces, pro feliciſſimo Regimine, & perennante incolumitate OPTIMI **GUSTAVI ADOLPHI,** PRINCIPIS ET DOMINI NOSTRI GRATIOSISSIMI, Magnificum Academiæ Rectorem, Ampliſſimum utriusque Reipublicæ Senatum, reliqvosqve Dominos Doctores, Licentiatos, Myſteriorum Divinorum Diſpenſatores, Philoſophiæ Magiſtros, nec non fulgidiſſimam Dominorum Studioſorum Coronam, ut & cunctos ac ſingulos, Literarum gnaros, decenter invito

HENR. CHRISTIAN. [illegible] / D. P. P.

Roſtochii, Typis JOH. WEPPLINGII Univerſ. Typogr. A. 1694.
d. 14. Jan.

L. S.

PErmaximi Numinis Gratia, qvæ unicum vitæ noſtræ obtegumentum, & felicitatis præſidium, his etiam, iniqvioris fortunæ temporibus, in Regiminis faſtigium evehit Magnates Chriſtianos, PRINCIPES OPTIMOS, qvibus, ultra conſvetum mortalibus modum, nulla ætatis pars à memorabilibus vacat. Qvi pietatis, prudentiæ, Eruditionis famâ, ſuper æthera notiſſima, explendent. Hi & ipſi mentes proprias caligine, ad qvam ſe humanum genus detruſit, obfuſcatas, expoliunt, & publica ſalutiferi Conceptus Divini enarratione ſubditos ad Chriſtianam vitâm exuſcitari curant. Qvô ipſo *mille benedictiones* (verba ſunt Hiſtorici alicujus non incelebris) *è Cœlo ſibi attrahunt, & in parentes derivant.* Horum prudentiâ circumſpectè ſanantur vulnera, ſtatus rationi noxia, bellè conſtituta ſolicitè firmantur, conſociationes qvævis illis inter ſe devinciuntur optimarum legum nervis, ex qvibus vel ad poſteros omnigena, pleno alvo promanat utilitas. In His etiam, … Eruditionis amantiſſimis, non raro elucent Clementiæ radii, ad Eruditos ſe diffundent… neroſorum Zelus, Gratiæ fulgore colluſtratus, jugiter cum die ſuccreſcat, & demum ferv… us rutilet. Ejusmodi ſublimia Lumina cur unicè extra oras Mecklenburgicas qvaſi atto… iceremus? Amplior eſt fortuna noſtra, dum cominus, humillimô æſtu, veneramur SAC… PITA, qvæ OPTIMORUM PRINCIPUM titulos implent, laudesque reportant. Agedum … e, convertite vos C. O. animo & cogitatione ad maximè conſpicuum pietatis exemplar, … m prudentiæ & Heroicarum Virtutum theatrum, eminens perfectionis centrum, inco… le Eruditionis ſpeculum, & eruditorum aſylum. Innuo

SERENISSIMUM … RINCIPEM AC DOMINUM,

DN. GUSTA… UM ADOLPHUM,

DUCEM REGENTEM MEGAPO… NUM &c: &c: &c: Hic ille PRINCEPS, Qvi ardentiore ſtudio divinitus præcepta ex… Hic ille PRINCEPS, Qvi prudentiſſimè nutantia ſuffulcit, proſtrata erigit, ritè fundata … Hic ille PRINCEPS, Qvi & propriæ Eruditionis magnitudine, & cura Eruditos juvandi, ve… ruditionis cupidis ad ſtudiorum adyta vias pandendi cunctos in admirationem traducit, Pa… ille PRINCEPS, Qvi OPTIMI encomio æq; ac GUSTAVI ADOLPH… e perfectè noſcitur. Livor ſanè eſſet Terris Mecklenburgicis, parentibus PRINCIPI, tot bon… nis cumulato, PRINCIPI OPTIMO felicitatem denegare. Non invitâ veritate olim, … pudio, de Scipione qvodam proclamatum, hodie lætiſſimi SERENISSIMO noſtro … mus: *Ibi Imperium vigere, qvavis felicitate fulgidum, ubi* GUSTAVI ADOLP… *arbitriô, & maturo judicio omnia diriguntur.* Hæc, aliaqve huc collimantia, deprædicabit pluſc… blice DN: TIMOTHEUS LUTKEMANN Malchinenſis. Hic denuo, & ſecun… vadantem memorabit Laudes Magni ſui NUTRITII, & 18. Jan. IX. matutina, in Auditorio ma… ter Concentus muſicos, ediſſeret:

MAGNUM ESSE AC PRÆSTANS … EI MUNUS PUBLICI COMMODI INTELLIGENTEM, DEOq; SIMILEM PRINCIPEM.

Ad hunc Dicturum patulis, ſolito more, auribus audiendum, adque piè fundendum vota & preces, pro feliciſſimo Regimine, & perennante incolumitate OPTIMI GUSTAVI ADOLPHI, PRINCIPIS ET DOMINI NOSTRI GRATIOSISSIMI, Magnificum Academiæ Rectorem, Ampliſſimum utriusque Reipublicæ Senatum, reliqvosqve Dominos Doctores, Licentiatos, Myſteriorum Divinorum Diſpenſatores, Philoſophiæ Magiſtros, nec non fulgidiſſimam Dominorum Studioſorum Coronam, ut & cunctos ac ſingulos, Literarum gnaros, decenter invito

HENR. CHRISTIAN [illegible] / D. P. P.

Roſtochii, Typis JOH. WEPPLINGII Univerſ. Typogr. A. 1694.
d. 14. Jan.